De INFANCIA SALVATORIS
FRANCE (Amiens?) c. 1400
Ashburnham

1057/14

Cat. Gen. - Evangelium Nicodemi

c

Given to me by Philip Hofer
December 1935

THE PHILIP H.
AND A. S. W.
ROSENBACH
FOUNDATION
MUSEUM

C.A.P.
Salvatoris Infancia

152-10

Manuscrit N° 362. du catalogue de M. D. Petit

36 feuilles

Incipit liber de infancia saluatoris

In diebus illis erat uir in ierusalem nomine ioachim ex tribu iuda. Hic erat pastor ouium. timens deum in simplicitate et bonitate sua. cui nulla cura erat alia quam gregum suorum. de quorum fructu alebat pauperes. ac timentes deum. et munera offerens simplicia. nam omnem substanciam suam tripharie diuidebat Unam partem templo. et templi seruitoribus impendebat. Aliam partem peregrinis. et pauperibus erogabat. Terciam sibi. et familie sue usui reseruabat. ita deo iustus. et hominibus pius. hoc eo faciente multiplicabat deus gregem suum. ita quod nunquam erat ei similis in populo israel. Hoc autem inchoauit facere cum esset etatis quindecim annorum

De coniugio anne.

.ij. Cum esset ioachim .xx. annorum ac
cepit annam filiam agar in uxorē.
ex tribu sua. uidelicet ex genere dauid.
Cumq; commorati fuissent simul per
annos .xx. castum domi coniugiū sine
liberorum procreatione exercebant. Voue
runt tamen si deus daret eis sobolem cā
se templi seruitio mancipaturos. Cuius
c rei grā. et templum domini singulis fe
stis per annum frequentare solebant.
Factum est autem cum enceniorum festi
uitas appinquaret ioachim cum non
nullis contribulibus suis ierosolimam
ascendit. Ea ibi tempestate pontifex erat
qui cum ceteros conciues suos. et ioa
chim cum oblatione uideret astantē.
despexit eum. et eius munera spreuit.
interrogans cur inter fecundos infecū
dus ure presumeret. Dicens munera

ſua deo indigna poſſe uideri. quem ipſe
prole indignum iudicaſſet ſcriptura di
cente. Maledictum eſſe hominem qui nō
genuiſſet maſculum in iſrl' uel feminā.
prius enim a maledictione ſolutus ſol
uendus. et ſic templum in conſpectu do
mini cum oblationibus eē uenturum. cū
opprobrij obiectu. et pudore magno con
fuſus ioachim ad paſtores qui cum peco
ribus ſuis paſcendis erant ſeceſſit. neque e
nim domum repedare uoluit. ne forte a cō
tribulibus ſuis qui ſimul aderant. et hoc
a ſacerdote audierant eodem obprobrij
elogio notaretur. In quo deſerto. per v.
menſes permanſit. nullum nuncium
penitus de eo anna eius uxor audiuit. que
tunc in oratione ſua ſancta cepit dicere
Domine deus iſrl' fortiſſime qui michi fi
lios non dediſti. et ſi non dediſti. quare
uirum meum abſtuliſti michi? Ecce quod

quinque menses sunt quod uirum meum
non uidi. et nescio utrum si mortuus sit
et ubi sepulcrum eius inueniam. et dum
fleret nimium ingressa est in pomerium
domus sue cum lacrimis prosternens se
in oratione fundensque preces suas coram domino
post hec surgens ab oratione. et cum le
uaret oculos suos ad dominum uidit
nidum passerum in arbore lauri. et emi
sit uocem ad dominum cum gemitu di
cens. **Oratio anne.**

Domine deus omnipotens qui omnibus cre
aturis dedisti filios. et omnes facis
gaudere super filios. et me solam a dono
tue benignitatis excludis. tu domine no
sti cor meum quia si filium uel filiam dedis
ses in templo sancto tuo eum obtulissem.
et dum ista diceret subito ante faciem eius
apparuit angelus domini dicens. Noli
timere anna quoniam in consilio dei est germen

quod ex te nascetur. et omnibus usq; i
finem seculi in admirationem mane
bit. Et cum hec dixisset ab oculis eius sb
latus est. Tunc ipsa tremens. ac pauens.
quod talem uisionem uidisset. talem
q; sermonem audisset. ingressa est cubi
culum. et iactauit se in lectum sicut mor
tua existens. et tota die ac nocte in tre
more nimio. et oratione permansit.
Post hec uero uocauit puellam suam
et ait ad illam. Uides me in amaritu
dine. et angustia positam. ac in uidu
itate desertam. et tu ad me ingredi n
noluisti. Tunc illa murmurare cepit
dicens. si conclusit deus uterum tuum.
et uirum abstulit a te quid ergo factu
ra sum tibi. hec audiens anna emittens
uocem cum lacrimis flebat.

De angelo apparente ioachim iiij.

Eodem tempore quidam iuuenis

apparuit in montibus ioachim ubi greges
suos pascebat dicens ei. quare non reuer
teris ad annam uxorem tuam. dixit q;
ad eum ioachim per uiginti annos eam
habui. et noluit michi deus ex ea dare fi
lios. Sed cum uerecundia de templo pp
ter ipse exprobratus exiui. ut quid reuertar
ad eam abiectus atque despectus. Sed ero
cum omnibus meis quamdiu huius mũ
di michi lucem concedere deus uoluit. et
per manus puerorum meorum de bonis
meis pauperibus. et deum timentibus. et
excolentibus suas partes libenter tribuã.
Et cum hec dixisset respondit ei iuuenis. Ego sũ
angelus dei qui apparui uxori tue an
ne. consultus sum eam quam scias
ex semine tuo filiam concepisse. et tu
nesciens reliquisti eam. hec in templo
dei erit. et spiritus sanctus requiescet
in ea. et erit beatitudo eius super omnes

feminas ſanctas. ita quod nulla pote
rit dicere ſe ſimilem illi eſſe. et propterea
reuertere ad coniugem tuam quam in
uenies habentem in utero benedictum
ſemen. et ipſa conſtituetur mater eterne
beatitudinis. quem ioachim adorans
dixit ei. Si inueni gratiam hodie coram
te. ſede modicum. et comede in taberna
culo meo. et benedic me ſeruum tuum.
dixitque ei angelus. noli dicere ſeruum ſed
conſeruum. Unius enim domini ſerui
ſumus. Cibus enim meus inuiſibi
lis eſt. et potus meus a nullo mortali
uideri poteſt. Et ideo rogare me non de
bes. ut intrem in tabernaculum tuum
ſed quod michi daturus es offeras in
holocauſtum deo. Tunc ioachim agnum
immaculatum. et omnium agnorum
pinguiſſimum accepit. et dixit ad an
gelum. non ego auſus eſſem offerre ho

locauiſtū dño niſi iuſſio tua daret mi
chi pontificium offerendi. dixit q; an
gelus ei. non te inuitarem niſi uolū
tatem dei eē agnoſcerem. Cum autem
offerret deo ſacrificium illud. cum fumo
ſacrificij angelus penetrauit in celū. Tūc
ioachim in faciem ſuam proſternēs
ſe ab hora diei ſeptima uſq; ad ueſpe
ram in orōne permanſit. Videntes
autem pueri ac mercennarij eius q̄
cum eo erant. et neſciebant qua de cau
ſa ita iaceret. putabant eum iam mor
tuum eē. et accedentes uix eleuauerūt
eum de terra. quibus cum uiſionem
angeli enarraſſet continuo admira
tione et terrore hortabantur eum plu
rimum ut uiſionem angeli perficeret
et ad ſuam uxorem remearet De uiſi
Cumq; ioachim one ioachim.
in animo ſuo reuoluendo cogi

taret si reuerteretur aut non. Ecce an
gelus domini qui ei apparuit uigilāti
dum ipse cogitando dormiret in sompno.
apparuit ei dicens. Ego sum angelus
qui a deo datus sum tibi custos. descen
de securus. et reuertere ad annam uxo
rem tuam quia orationes quas tu et ipsa
fecisti in conspectu dei recitate sunt. Vob
enim deus talem fructum dabit qualē
ab initio nunquam hūerunt prophete.
nec post ipsum habituri sunt. Cum autē
a sompno euigilasset ioachim secretari
os suos ad se uocauit. et eis sompnū hu
modi recitauit. Qui uero deum adorā
tes dixerunt. Ioachim uide ne ultra an
geli dicta contempnas. Sed surge hinc
proficiscamur atque lento gradu pascē
tes oues reducamus. De angelo apparē
te anne.

Etcum. xx. dierum
spacium iam pre esset. ecce angelus

domini statim anne oranti apparuit di
cens ei. Vade ad portam auream. et occurre
ioachim uiro tuo in uia qua uenit ad te.
Ipsa uero surgens festinanter atque letissi
me cum puellis suis perrexit ad eum. deo
gratias exsoluendo. et cum peruenisset ad
portam auream eleuauit oculos. et ui
dit ioachim uenientem cum pecoribus
suis. et occurrens ad collum eius se sus
pendit ipsum amplexando cum osculo. et
gratias agendo domino. dixit. Vidua eram
et per dei gratiam iam non sum facta steri
lis. et ecce concepi. Ex hoc factum est gau
dium magnum uicinis. et notis omni
bus. ita quod de hoc gratularetur uniuersa
terra israel. De natiuitate marie.

Post hec autem completis quatuor
mensibus anna peperit filiam suam.
Vocauitque eam mariam. Cum uero tercio
anno ablactasset eam ioachim et anna

ſimul in templo dei abierunt ut in cōtu
bernio uirginum quo die noctu qꝫ uirgi
nes ꝑmanebant in obſequio ſancto dei.
ipſum qꝫ offerrent ei qui per eam ꝑplo erat
miām largiturus. Cumqꝫ parentes eius
eam poſuiſſent ante fores templi. ante
cuius introitum dixit. xv. graduum pſal
mos. xv. aſcenſionis gradus. namqꝫ tē
plum in monte erat conſtructum. altare
holocauſti quod forinſecus adiri n̄ gradi
bꝫ n̄ ualebat. In hoꝝ utiqꝫ uno uirginē
conſtituerunt. cumqꝫ ipſi ueſtimenta.
que in itinere habebant exuerent et cul
cioribus ex more ac mūdioribꝫ ſe ueſti
mentis induerent. Virgo dn̄i cuſtos ſi
gillatim gradus ſine ducentis manu.
ac leuantis ita aſcendit. Unde parentes
pariter ſtupuerunt. et ipſius templi pon
tifices admirati ſunt uehementer. Tūc
anna repleta ſpiritu ſancto dixit in cō

ſpiritu omnium. Alia oro anne.

Domine deus omnipotens qui es. et qui
venturus es. memor factus es ubi
tui sancti. et visitasti in bono plebem tuam
visitatione sancta ut converteres corda
gentium ad salutem. et excluderes exul
tationes earum qui non oderunt. au
res tuas aperuisti precibus nostris domi
ne quia que fueram sterilis mater facta
sum. exultationem atque leticiam genui
in populo israel. Ecce inimici mei non me p
hibent munera offerre deo. dominus enim
meus convertat corda eorum ad me.
det que gaudium suum cognoscere. erat
autem maria in expectatione omni po
pulo dei. De vita marie.

Cumque esset maria annorum quinque
tam maturo gressu. ambulabat
tam perfectissime semper in dei laudibus
vacabat ut omnes stupore. et admirati

tione sibi in templo domini admiraretur. et quod non infantulasset quasi annorum triginta. ab omnibus iudeis sapiencia valeretur ita quod in lanificio purpuris. et byssi operibus que antique mulieres non poterant operari. Virgo dei maria tenera etate uitam explicabit. hanc autem regulam sibi instituerat quam diligentissime obseruabat. Videlicet a mane usque ad horam terciam oracioni instabat. a tercia usque ad nonam lanificio. et aliis operibus permanebat. et in nona uero hora angelus domini apparebat eidem de cuius manu escam accipiebat. et totum quod sibi in templo dei dabatur pauperibus ministrabat et sic iugiter faciendo nulla de senioribus uirginibus in dei laudibus. et uigiliis prior inueniebatur maria. nulla in sapiencia. et sciencia erudicior et in caritate

glorioſior. et in canticis carminibus
elegancior. et in omni uirtute perfectior.
etatis immobilis. atque immutabilis
cotidie de bono in melius proficiſcens.
hanc iraſcentem nullus uidit. Sed ſine
intermiſſione benedicebat dominum
omnium. erat gratia plena. ita quod in lin
gua eius eſſet ſemper glorificatus dominus
deus. et uocatus in oratione. et perſcruta
tione legis permanens inceſſanter. et
ne forte a dei laudibus tolleretur. cum ali
quis ſalutabat eam ipſa pro ſalute gratias
agebat deo uel reſpondebat. Cura ſocias
ſuas erat ſollicita. ne aliquo ſermone
uel riſu. aut ſono uocis ſuperbie. et iniu
rie. una contra aliam peccaret. ſiqua per
ſona infirma tetigiſſet eam ſanabatur
eadem hora a quacumque infirmitate te
neretur. Tunc abyathar ſacerdos obtu
lit multa munera pontificibus ſacerdo

tum ut mariam uirginem filio suo tra
deret in uxorem. **De coniugio marie**

Factum est autem cum maria .xij.
annos haberet. et fama esset ac consue
tudo talis postquam ad legittimam eta
tem peruenerant uirgines in templo
domini commorantes accipere debebant
in coniugio uiros suos. Inuentum est
tale consilium quod preco mitteretur
per omnes tribus israel. ut in templo domini
conuenirent in unum. Pontifices autem
et omnes uirgines marie affines time
tes ne propter pulcritudinem eius aliquis
iuuenis ipsam seduceret. monebant ipsam
ut uirum acciperet de maribus israel. Tunc
ipsa respondit dicens. non potest hoc fieri
quod uirum cognoscam uel uir me cog
noscat. at illi dixerunt et timemus ne
propter pulcritudinem tuam nisi cogno
scaris a uiro. et nullas secundum quod

alie uirgines tecum in templo domini prece
dentes fecerunt ne aliquis iuuenis te se
ducat. respondit eis uirgo maria. deum
in castitate colitura. et ueneratura sum
primo omnium prolatura. nam an
te abel nullus erat inter homines iustus
et ipse per oblationes placuit deo. et cum
esset occisus ab eo quod displicuit duas
coronas accepit a domino. oblationis
et uirginitatis quia in carne sua pollu
tionem non fecit quia in uirginitate
custodiuit eam. Ego ab infancia mea uir
ginitatem meam obtuli. et in corde meo
statui ut uirum penitus non cognoscam

De predicatione pontificis.

Interea ut uniuersus populus cognouis
set. surrexit ysachar pontifex in eminentio
ri gradu ascendit. ut ab omni populo au
diri. et uideri posset. fecit itaque manu si
lentium et dixit ad eos. Audite me filii

isrl'. et auribus percipite uerba mea que
loquor ad uos. et factum est a salomo
ne templum. hic fuerunt in eo filie Re
gum. et plurium summorum sacerdotum
pontificum. et aliorum nobilium magne
uirgines ac mirabiles presentate. Cum
autem ad legittimam etatem uenerunt
uiros in coniugio adepte sunt priores
hunc sequentes placuerunt deo. Sed so
la uirgo maria que nubere non uult
que se promittit deo uirginem perman
suram. Unde michi uidetur ut statuam
cui decreamus ipsam custodiendam cōmit
tere, ne aliquis eam decipere possit. Tunc
huiusmodi sermo placuit uniuersis. et cū
super tribus duodecim isrl' sors a sacer
dotibus missa fuisset. accidit sors sup
tribum iuda. tunc dixit sacerdos ut q
cumque de tribu iuda sine uxore ēēt sum
mo diluculo die sequenti ueniret. et uir

gam nucis in manu sua deferret.
Unde factum est ut **De ioseph.**
cum ioseph non h̄ret uxorem no
lens mandatum sacerdotis contempn̄e
cum universis senioribus detulit vir
gam suam. Cumq; p̄sacdar summo
pontifici tradidissent singuli virgam
suam domino deo tulit sacrificium p̄sa
cdar. et dixit dominus ad eum intromit
te virgas omnium in sca scōrum. et su
per altare maneant. et tunc venientes
ceteri ad te per te recipiant. et in cuius
virga hoc signum de deo. videlicet illa q̄
floruerit. et nuces protulit. et de cuius
cacumine columba egredietur. Volave
ritq; ad celum illi tradas mariam. fcō
autem mane dum venissent ad tēplū
universi ingressus est pontifex in sca
scōrum. et facta orōne protulit virgas
cum singulis tradidisset illas. et ex

nulla earum exiuiſſet columba. Solus
ioſeph qui ſenex. et deſpectus inter iu
uenes extiterat nec uolebat requirere
uirgam ſuam. Tunc abyathar ponti
fex iuxta tribunal ueſte ſacerdotali in
dutus ingreſſus eſt iterum in ſcā ſcōrum
et orōnem fudit ad dominum. Ecce an
gelus domini apparuit ei dicens. hanc
uirgam breuiſſimam quam pro nichi
lo reputaſti. accipe. et des portatori ſuo
quia in ipſa apparebit ſignum ſuum t̄.
Cumque abyathar pontifex ioſeph humi
lem ac uilem ſtantem uideret clara uo
ce uocauit eum dicens. ueni. et accipe eā
uirgam tuam quia tu expectaberis. et
expauescens ioſeph quia ſummus pō
tifex eū cū clamore uocauerat acceſſit ad
ipſum mox ut extendit manum ſuam
ad uirgam quam tulerat ſtatim de ip
ſius cacumine uirge egreſſa eſt colum

la ſpecioſiſſima niue candidior. uolan
do per templi ſtagia. petiuit celos. tunc uni
uerſus populus congratulabatur ſeni
dicens. Beatus es tu factus in ſenectute
tua. ut te deus ydoneum oſtenderet ad ac
cipiendum uirginem mariam ex omni
tribu iuda tu ſolus electus es a domino.
ut accipias eam. Joſeph autem cum
uerecundia alloqui cepit dicens eis ſi
ſenex et filios habeo ut quid iſtam infan
tulam traditis. cuius etas minor eſt
nepotum meorum. Tunc abyathar ſum
mus pontifex dixit ad eum memor eſto io
ſeph quemadmodum dathan. et abyron
et chore perierunt quia uoluntatem do
mini contempſerunt. ſic ſi quod tibi iu
betur a domino contempſeris. Videas
ne tibi ſimile contingat. reſpondit io
ſeph. et dixit illi. Voluntatem domini
non contempnam. ſed auctor iſtius in

famule ero quouſq; uoluntatem dn̄i
poſſim cognoſcere. quod quis ex filijs
meis ipſam poſſit accipere in uxorem. Den
tur ergo illi alique uirgines ad ſolatiū
et ſocietatem ſuam. Dixit q; ei abyathar
pontifex quinq; uirgines dabuntur
ei ad ſolatium quouſq; ueniet tempꝰ
in quo eam accipias in uxorem. non
enim poterit in alterius matrimonio
copulari. Tunc ioſeph accepit eam cū
quinq; uirginibus in domum ſuam.
erant autem uirgines. rebecca. ſephora
ſuſanna. abigea. et agalel. Vni datū
eſt ad operandum ſericum. alteri iacin
tum. tercie ieroaccinum. quarte biſſū.
quinte linum. ſed cum uirgo maria ad
uelum templi domini operandum ſortiret
purpurā dixerunt ei alie uirgines filie
regum ſumus. et tu cum minor ſis pur
puram quaſi reginam nr̄am accipere

meruiſti. et tunc eam appellare ceperunt
reginam. De angelo marie.
Cumq; hi agerent inter ſe ecce an
gelus domini apparuit in medi
o earum dicens. non erit ſermo in fati
gatione. ſed in admiratione. et ppla
tione expaueſcentes aūt uirgines ille in
conſpectu angeli rogauerunt reginā
uirginem ut eis miſericorditer īdul
geret. Altera autem die gabriel ange
lus apparuit ei dicens. Beata es mari
a quia in utero tuo hītationem pre
paraſti domino. Ecce lux ueniet de celo
que in te hītabit. et uniuerſum mū
dum illuminabit. et dum digitis
ſuis operaretur purpuram ingreſſus
angelus ad eam dixit. Aue maria
gra plena dominus tecum. benedic
ta tu in mulieribz. et benedictus fru
ctus uentris tui. que cum audiuit

contremuit. et expauit. tunc angelus
domini ad eam ait noli timere maria
inuenisti gratiam apud dominum. Ecce
concipies in utero de spiritu sancto qui
obumbrabit tibi. et paries regem. et
uocabitur nomen eius emmanuel qui
non solum terram. sed et celum implet et
regnat in secula seculorum.

De impregnatione marie.

Cum autem hec agerentur ioseph
in tabernaculis maritimarum
capharnaum uacabat operibus suis.
erat enim lignifaber. sed post nouem
menses reuersus ad domum inuenit
mariam pregnantem quam cum uidisset
eam totus in angustia positus est. et
exclamauit uoce magna dicens. Domine
deus accipe spiritum meum quia me
lius est michi mori quam uituperatum
uiuere amplius. cui quinque uirgines

xiiii.

que cum ea stabant dixerunt. nos certe
scimus quia vir eam non tetigit. nos
testes sumus in veritate qm̃ integritas
virginitatis manet in ip̃a. nos enim
semper cum ea fuimus. et iugiter in o
ratione permansit cotidie angelus do
mini locutus est ei. et omnia que sibi
data erant pro commestione paupib;
dividebat. et escam de manu angeli ac
cepit. nescimus certe quomodo peccatũ
aliquod fieri potuisset in ea non sit in
te aliqua suspectio de ip̃a quia non ni
si spiritus sanctus gravidam ipsam
fecit. tunc ioseph cum suspirio. et ama
ritudine sui dixit ad eas ut quid vul
tis me decipere quod credam vobis qđ
angelus dei impregnavit eam non po
test hoc fieri nisi quod aliquis iuve
nis se finxit quod angelus dei esset.
et sic decepisset eam quia fronte respica

am templum dei. qua facie ſacerdotes
dei viſurus ſum. quid facturus ſum.
neſcio. et hec dicens cogitabat dimittere
eam.· *Quomodo Joſeph voluit di* xv·
mittere mariam.

Cum hec cogitaret illa die ut furtiue
recederet. et in occultis ac remotis
partibus ſe tranſferret. Ecce angelus
domini nocte illa apparuit ei dicens.
Joſeph fili dauid noli timere accipe ma
riam coniugem tuam que impregna
ta eſt de ſpiritu ſancto pariet autem fili
um. et vocabis nomen eius ihm. ipſe
enim ſaluum faciet populum ſuum
a peccatis eorum. exurgens autem ioſeph
a ſompno grãs egit deo. et locutus eſt le
ete marie. et virginibus que cũ ea erãt
ſõpnium quod viderat. et conſultus eſt
mariam dicens ei peccatũ ſuſpectionẽ
nequam hũs de te. *De purgatõe ioſeph.* xvi·

Post hec factus est rumor magnus
apud multos quod maria erat
grauida. et deprehensus est ioseph a ma
gnatibus templi. ductus qz ad ponti
ficem abyathar qui una cum sacerdoti
bus. et magnatibz templi cepit expro
brare illum dicens. Vt quid fraudatus
es. quam sicut columbam sine fellis a
maritudine angeli in templo domini
nutrierunt. tu ei uim qz si uiolenciam
non fecisses adhuc in uirginitate su
a permansisset. Joseph autem cepit de
testari firmiter quod numquam teti
gisset eam. cui abyathar pontifex dixit
uiuit dominus. et ego faciam te pota
re aquam potationis domini statimqz
apparebit peccatum tuum tunc congre
gata est maxima multitudo uirorum
in templo domini. et mulierum ut iu
dicium eius prospicerent. Cumqz io

ſeph ad altare uocatus fuiſſet et potati
onis domini aquam bibiſſet iuxta
ritum eorum circuiuit ſepties altare
domini. et in eo ſignum aliquod non
apparuit. tunc ſacerdos et populus ſanc
tificauerunt eum dicentes. beatus ſeius
es qm̄ nullus reatus inuentus eſt in
te. et uocantes mariam dixerunt ei. quā
accuſationem hēc potis tu. quod ma
ius ſignum apparere poterit in te quā
conceptus uentris tui tu ſolummodo
quod ioſeph a te mundus eſt. confitē
quis te decepit. melius eſt ut tua con
feſſio te prodat quam ira dei in iudi
cio populi manifeſtet. tunc maria in
trepida dixit illis. ſi eſt aliqua pollutō
in me aut ꝑter quod grauida ſim de
tegat illud deus in conſpectu omniū
populorum. ut ſim omnibus emun
dationis. et correctionis exemplum. et

hec dicens accessit ad altare domini intre
pida. et bibens aquam potationis do
mini septies circuiuit altare. et non ē
inuenta in ea aliqua macula

xvii. De purgatione marie.

Cum q; omnes hesitarent uehemen
ti stupore nullum signum in faci
e uidentes. et respicientes conceptum
eius uentris ceperunt inter se loquaci
tate turbari. alii dicebant grande sig
num est istud. alii dicebant quod per
malam conscienciam accusabant eā.
Tunc maria uidens suspitionem ppli
dixit ad eos. uiuit dominus adonay.
deus exercituum in cuius conspectu sto
qm uirum non cognoui. sed ab infan
cia mea. et etatis mee. puericia mentē
meam domino deo cum integritate uir
ginitatis statu custodiui. Tunc omīs
amplecti ceperunt eius genua et osculari

ri cum lacrimis rogantes eam humili
ter ut eorum ſuſpicionibus malis pre
darent ueniam. et reduxerunt eam ſacer
dotes ad domum ioſeph cum exultatio
ne et gaudio magno clamantes pariter
et dicentes. Sit nomen domini benedic
tum in ſecula qui manifeſtauit ſancti
tatem uirginitatis ſue uniuerſi ple
bi huic. De natiuitate xpi.

Factum eſt autem ut poſt
aliquantulum temporis profeſſio
ex edicto ceſaris auguſti ut proficiſce
retur unuſquiſque in patriam ſuam. hec
profeſſio facta eſt primo ſub preſide ſy
rie cirino. et tunc fuit neceſſe quod Io
ſeph proficiſceretur in bethleem cum ma
ria coniuge ſua. et dum proficiſceretur
dixit beata maria ad ioſeph. duos populos
uideo ante me unum flentem. et alium
gaudentem. cui ioſeph reſpondens ait.

xviii

ſede in iumento tuo. et noli ſuperflua u
ba loqui. tunc apparuit ei angelus do
mini indutus ueste candida. et dixit
ad ioſeph quare dixiſti quod uerba que
dixit maria tamquam eſſent ſuperflua popu
lum enim iudeorum uidit flentem qui
receſſit a deo. et populum gentilem ui
dit gaudentem qui acceſſit. et factus est
prope dominum. ſed quod promiſit deus pa
tribus nostris. abrahe. yſaac et iacob. tem
pus enim aduenit ut in ſemine abrahe be
nedictio in omnibus gentibus benedicetur.
et cum hec diceret angelus fecit ſtare iu
mentum quia tunc uenerat tempus
pariendi. et precepit beate marie ut deſ
cenderet de iumento ſubterraneam ingre
ditur ſpeluncam in qua numquam lux
fuit. ſed tenebroſa oſcuritas permane
bat. cum que beata maria ingreſſa fuiſſet
in ea tota ſpelunca cepit ſplendere. et no

ut dieq; nimio splendore clarescere ita
quod lux ibi nunquam deficeret dum
beata uirgo in ea fuit. peperit filiū mas
culum sine dolore quem nascentem cir
cumdederunt angeli. et super pedes suos
stantes adorauerunt eum dicentes.
Gl'ia in excelsis deo. et in terra pax hoīb;
bone uoluntatis.

De obstetricibus.

Obstetrices uero zelomi. et salome
quas ioseph ad beatam mariā
uirginem uenire fecerat ante introitū
spelunce stabāt. et pre nimio splendore
ingredi non ualebant. et dixit ioseph ad
beatā uirginē mariā zelomi. et salome
ad te uenire feci que foris stant et p̄ ni
mio splendore ingredi non ualent.
Audiens autem beata uirgo maria
subrisit cui ioseph dixit noli subridere
sed esto cauta ut te uisitent ne forte in
digeas curamine. tunc iussit eas intro
ire ad se. Sed cum ingressa esset

zelomi. ſalome non eſt ingreſſa. dixitq;
zelomi ad beatam uirginem dimitte
me ut tangam te. Et cum permiſiſſet ſe
tangi exclamauit zelomi uoce magna
et dixit. Domine deus nunquam uideo
auditum fuit nec in cogitatione alicuius
aſcendit quia mamille plene ſunt lac
te. natus q; filius. et mater ſe uirginem
oſtendit. et nulla ſanguinis pollutio in
naſcente. nullus q; dolor in parturien
te. uirgo namq; concepit. uirgo peperit
et poſt partum uirgo permanſit. Tunc a
it ſalome. quod audio niſi probauero
certe non credam. et ingreſſa ad beatam
uirginem dixit uolo probare palpando
te utrum uerum dixit zelomi. Cumq;
ſalome uoluiſſet palpare eam in palpa
tione ſua manus. et brachium aruit ſi
bi totum. et pre nimio dolore cepit flere
uehementiſſime et anguſtiari clamari

do dicens. Domine deus magne tu nosti
quia semper te timui. et omnes orphanas
mulieres. et inopes sine retributio
ne curaui. et ecce misera facta sum propter
incredulitatem meam quia fui ausa at
temptare uirginem sanctam tuam. Et
cum hec diceret iuxta illam apparuit an
gelus domini dicens ei. accede ad infan
tem quem in latere uirginis uides. et ad
ora eum atque uestimenta eius tange
de manu tua. Ipse uero saluabit te qui
a ipse saluator mundi. et omnium spe
rantium in se que statim ad infantem
accessit adorans eum tetigitque fimbriam
pannorum quibus a sancta maria uir
gine matre inuolutus erat statimque ma
nus eius sanata est exiens foras cepit
clamare. et dicere magnalia que uidit
in spelunca. et que passa fuerat. et quem
admodum sanata erat ita quod multi

predicatione eius uerbi arderent uniuer
xx sa. De pastoribus.
Nam et pastores qui erant in regio
ne illa custodientes gregem suum
asserebant se in medio noctis silencio an
gelos uidisse. et audiuisse ymnum di
centes. Gloria in excelsis deo. et in terra pax
hominibus bone uoluntatis. qui et dixe
runt natus est nobis hodie saluator
omnium qui est xpc dominus in quo
restituetur salus isrl. Sed et stella in
gens super speluncam a uespere usque
ad mane fulgebat magnifice cuius mag
nitudo similis ab origine nunquam
uisa fuit quam quidem stellam omnes
prophete dixerunt xpi natiuitatem omnibus
gentibus indicare. De presepio.
xxi Tercia autem die natiuitatis do
mini beata uirgo maria egres
sa est de spelunca. et ingressa est stabu

tum. et posuit puerum ihm in presepi
o. quia non erat ei locus magis aptus
in diuersorio conditus. In presepio me
bra pannis inuoluta. Uirgo mater alli
gat manus. et pedes crura que stricte stri
git fascia. tunc bos. et asinus adoraue
runt eum. tunc adimpletum est quod
dictum est per ysaiam prophetam dicentem
cognouit bos possessorem suum. et asi
nus presepe domini sui. et tunc adim
pletum est quod dictum est per abacuch
prophetam. In medio duum animalium
cognosceris. In eodem loco moratus est
ioseph. et beata uirgo mater cum puero
tribus diebus. Sexto autem die egres
si sunt in bethleem. De circumcisione domini

Octauo autem die natiui
tatis eius ut circumcideretur puer
uenerunt parentes eius. et uocauerunt
nomen eius ihm quod uocatum est

xxii

prius ab angelo quem in utero concip
retur. et acceperunt eum parentes eius
et portauerunt ip̄m ad templum dñi
et obtulerunt pro eo par turturum aut
duos pullos columbarum ſicut ſcrip
tum eſt in lege domini. Erat in templo
domini quidam homo iuſtus. et timora
tus cui nomen erat ſymeon. hic reſpon
ſum accepit a ſp̄u ſancto non uiſurū
ſe mortem niſi prius uidiſſet eum in
facie uoce magna clamauit dicens. et
fecit redemptionem plebi ſue iſrl'. bene
dictus ſit dominus deus nr̄. et feſtinās
ad portam templi adorauit eum. et
oſculans palmas eius accepit eum in
ulnis ſuis. et dixit. Nunc dimittis ſ'
uum tuum domine ſecundum uerbū
tuum in pace quia uiderunt oculi mei
ſalutare tuum quod paraſti ante faci
em omnium populorum. lumen ad

reuelationem gentium. et gloriam pleb
tue israel. et cum centum duodecim esset
annorum. et uix posset seipsum regere por
tauit puerum ulnas suas usque ad al
tare templi domini. senex puerum por
tabat. sed puer senem regebat **De uerbo**
Tunc eleuatus est uir dicens **pueri.** ·xxiiij
exaudita est oratio tua symeon. et stu
pefacti sunt omnes magistri templi de
uerbo quod infans locutus erat. Erat
autem in templo anna filia samuel de
tribu asser que uixerat .vij. annis cum
uiro suo in uirginitate. Et hec uidua e
rat que non discedebat a templo domini.
octoginta annis ieiuniis. et orationibus
uacans que dixit. Ecce positus est hic
in ruinam. et in resurrectionem multo
rum in israel ipsius animam pertransibit
gladius ut reuelentur ex multis cordi
bus cogitationes quia seculi redemptor est

·xxiiii· Tunc reuerſi. De magis.
ſunt cum puero parentes eius in
bethleem. tranſactis duobus annis ecce
magi venerunt ieroſolimam dicentes
Ubi eſt qui natus eſt rex iudeorum. Ui-
dimus enim ſtellam eius in oriente
et venimus cum muneribus adorare
eum. Hec quidem verba terruerunt omnes
iudeos. Tunc herodes congregans ſcri-
bas. et phariſeos ſcrutabatur ab eis. Ubi
xpc naſci deberet. At illi dixerunt ei. in beth-
leem iude. ſic enim ſcriptum eſt per prophetam
et tu bethleem terra iuda. nequaquam
minima es in principibus iuda. Ex
te enim exiet dux qui regat populum
meum israel. ſed quia magi ſtellam quam
viderant dum venirent ieroſolimam
ad herodem in aſtris aſpicere non va-
lebant. dixit eis ite et interrogate di-
ligenter de puero hoc. et cum inuene-

ritis renunciate michi. ut ego ueniēs
adorem eum. Hec autem dicebat ut facili-
us clam ipsum perdere posset. Euntes aū
magi. ecce stella quam uiderant ante
cedebat eos quasi dux quousque uenirēt
ad locum ubi erat puer. Videntes aūt stellā
magi gauisi sunt gaudio magno. et
intrantes domum inuenerunt puer
cum maria matre eius. et procidentes
adorauerunt eum. et apertis thesauris
suis. obtulerunt ei munera. Jaspar fert
mirram. Thus melchior. Balthasar
aurum. Et i sōpnis p āglm moniti sūt
ne redirent ad herodem per aliam uia
reuersi sunt in regionem suam.

Videns autem De innocentibus
herodes quod illusus eēt a ma-
gis. misit in omnes uias. et confinio
regni sui uolens ipsos capere et interfi
cere quos cum penitus non inuenirēt

ſerui eius. miſit in bethleem. et in confi
nibus ſuis. occiditq; omnes pueros
a bymatu. et infra. ſecundum tempus
quod exquiſierat a magis. Sed deus
omnipotens qui ſcit omnia antequã
fiant ammonuit per angelum ſuum
ioſeph in ſompnis dicens. ſurge et tol
le puerum. et matrem eius et fuge in
egyptum. et eſto ibi uſq; dum dicam
tibi. futurum eſt enim ut herodes que
rat puerum ad perdendum.

De fuga in egyptum.

xxvi

Tunc ioſeph impoſuit beatam uir
ginem cum puero ſuper iumentũ
et ipſe ſup aliud aſcendit. et arripuerũt
iter per montana. ut per deſertum in e
gyptum ſecurius peruenirent. non enim
per maritimam propter herodis inſidi
as uoluerunt pergere.

De draconibus.

Cumque peruenissent per desertum
ad quandam speluncam ac ibi
requiescere uoluissent descendentes de
iumentis suis beata maria puerum
ihesum in gremio suo tenebat. Erant enim
cum ioseph tres pueri. et vna puella
qui ueniebant ad obsequium matris
xpi. Ecce de spelunca egressi sunt draco
nes multi quos pueri uidentes timu
erunt prae nimio timore clamauerunt.
Tunc ihesus descendens de gremio matris
sue. et super pedes suos stetit ante dracho
nes. Illi autem adorauerunt eum.
Tunc adimpletum est quod per dauid
prophetam dictum est. Laudate dominum
de terra draciones. et omnes abyssi. Sed
ioseph timebat ne infantulus ihesus a
drachonibus lederetur quia in medio
eorum erat. Tunc ait puer ihesus. nolite
timere nec necesse est ut omnes fere siluarum mansue

descant ante me **De leonibus.**

Similiter etiam leones et pardi atq;
aliarum ferarum genera conue
niebant et antecedebant eos p desertum
ostendentes eis uiam. et dixit ihs mr̄i
sue noli timere mater. qm̄ ad obsequi
um nr̄m ueniunt festinant. ambulabāt
autem leones. et alie fere simul cū eis.
et cum iumentis lupi erant ut peco
ra. Tunc adimpletum est quod dīn ē
per Jeremiam pphām. lupi autem cū
agno pascent. leo et bos simul comedēt
paleas. Erāt q duo boues et plaustrum
in quibz omnia portabantur. [illegible]

Factum est autem **ramulū palme.**
et cum tertia die profectionis sue aq
in utribz deficeret. et beata maria pni
mio calore eēt fatigata dixit quiescā
paululum sub umbra huius palme
Vidit q eam plenam pomis que dic

nili uocantur. et dixit ad ioſeph ſi fieri
poteſt de fructib; huius palme comede
rem. et ait ad eam ioſeph. miror te h̄
dicere cum uideas quante altitudinis
ſit iſta palma. et tu de fructib; ipſius
deſideras edere. Ego magis cogito de a
que penuria. quia non ſc̄imus unde
nos ipſos. et beſtias nr̄as reficillare poſ
ſimus. Tunc infans ihc̄ reſidens in ſi
nu matris dixit. arbor flecte ramos tu
os ad terram et fructib; tuis refice ma
trem meam. et nos. Confeſtim ad hāc
uocem palma inclinauit cacumen ſuū
uſq; ad terram. et uſq; ad palmas ma
rie uirginis. et collegerunt ex ea oms̄
fructus qui in ſocietate erant quib;
refecti ſunt habundanter. Pā enim i
clinata remanſit quouſq; ad imperiū
eius reſurgeret a quo fuerat inclinata.
Tunc ihc̄ ad eam dixit erige ramos tu

os confortare. et ibi consors sis arbor mearum que sunt in paradiso pr̄is mei angelus nunc accipiat ramum de cacumine tuo. et plantet ipm in paradiso meo. riuulus autem aque ueniat et exeat de radicib; tuis liquidissimus frigidissimus. ac dulcissimus ad sacietatem nr̄am que palma erecta est. et ramus ab angelo portatus est aspicientibus ipis. et fons aque salientis a radice palme cepit exire. Videntes autem fontem gauisi sunt gaudio magno ualde. et saciati sunt ipi. et omnia iumenta sua. et gr̄as egerūt deo qui talem puerum dedit illis.

·xxviii· Quomodo uenerunt in egyptum.

Post hec autem dum iter agerent dixit ioseph maximus calor ē et decoquit nos. et ualde difficile ē nobis ire in egyptum per montana de

ſerti adh̄ſ. xxvij. dieb: uſq: in egiptū
oportet nos ambulare ſi placet tibi do
mine ihū per maritimas ciuitates uix̄
maire teneamus uiam ut poſſimus q̄
eſcere ſub umbra arborum. reſpondit
puer ihē dixit ei per tres dietas ueniem̄
et ea que neceſſaria erunt nobis ad
miniſtrata habundanter. Ego uobis a
breuiabo uiam ut hodie uideamus e
giptum. et intremus ciuitates egipti
acas. Et quaſi illo loquente oſtendit e
giptios montes. et ciuitates ceperunt
uidere. et gaudentes in quadam ciuitate
que ſotinona dicitur ingreſſi ſunt ueſ
pertina diei hora. De zenone cadente
Et quia nullus de ſolario.
eis erat notus in ciuius hoſpicio
declinarent in domo cuiuſdam uidue ho
ſpitati ſunt. et cum in eadem domo ſola
rium eēt et multitudo puerorum ad ille

xxix.

ſuum ueniſſet ad ſolarium illud ubi e
rat quidam de infantulis impulit u
num de pueris de ſolario. et qui cadēs
in t̃ram mortuus eſt. et cum parentes
mortui audiuiſſent pueros interrogā
tes q̃s eū precipitauerat de ſolario. vn̄
poſt alium affirmabat quod ih̃s precipi
tauerat eum. hij autem dicebant non
quia ignotus erat eis. et aduena. ſʒ
ut manifeſtaretur potencia uirtutis
eius hec factū ē De miraculo pueri.

Tunc parentes mortui
clamabant contra ioſeph. et con
tra beatam uirginem dicentes. filius
ur̃ filium nr̃m interfecit in ſolario. et
mortuus eſt. nō potius manus nr̃as
euadere. quam interficiamus uos. Iſti
autem tacebant. et nichil eis reſponde
bant. Venerunt autem ad ih̃m maria
et Ioſeph. et dixerunt ei. miſerere. miſere

domine. in terra enim ſumus extranea.
et iſti clamant contra nos. et tunc ihc
deſcendit de ſolario. et uocauit nomen
pueri qui iacebat mortuus ſup trã.
et dixit zeno: qui reſpondit domine:
dixit q̄ illi ihc. Utrum precipitaueri
te de ſolario. dic modo coram omnibus.
ut in conſpectu omnium ueritas decla
retur: at ille dixit. non me precipitaſti
tu domine. tunc parentes mortui rogā
tes ihm dicebant. dic ergo ut oſtendat
nobis ipm qui de ſolario eum impulit
Dixit ihc hec nullatenus faciam quod
dicitis. ſufficiat uobis quod non eſt
inuenta in me iniquitas. tunc cepit ip
ſum rogare irata uirgo ut mortuum
puerum pro eo quod uenerat ad uiden
dum ipm reſuſcitaret. et dixit ihc mřı ſue.
quicq̄d uolueris mater. ego ſemp faciā.
tūc dixit zeno Surge noli mori. ſz uiue

qui statim se super pedes suos erexit Illi
autem de ciuitate que sotriona dicitur
laudauerunt eum dicentes. Hic puer
uere est saluator mundi. et beatam ma
riam et ioseph. et alios qui cum eis ue
nerant cum maxima diligencia honora
uerunt. et cotidie uisitabant et steterunt
in eadem ciuitate per unum annum

·yyy· **De ydolis fractis.**

Factum est autem cum ihesus esset trium an
norum simul cum matre sua ma
ria capitolium in templo ydolorum
egypti ingressus est. et dum ingressus
fuisset templum illud uniuersa ydola p
strata sunt in terra. ac confracta. Tunc
adimpletum est quod per ysaiam pro
phetam dictum est. Ecce dominus ueniet
et super nubem leuem. et ingredietur
egyptum. et mouebuntur a facie eius
omnia manufacta egyptiorum. et uniuersa

atum eſt fictoſio duci ciuitatis illius
quod omnia ydola proſtracta in faci
es ſuas. et confracta iacerent. Si audito
conuiuia ciuitatis illius militum et
nobilium ad templum uenit putans
quod dij de eo uindictam facerent ad
cuius ingreſſum corruerunt ſuper terram
et cum ydola omnia proſtracta in faci
es ſuas uidiſſent. acceſſit ad beatam ma
riam uirginem que in ſinu ſuo tene
bat infantem. et adorans eum dixit ad
omnes milites qui cum eo erant et ad
amicos ſuos. niſi hic deus eſſet non
reſuſcitaſſet zenonem puerum qui ce
cidit de ſolario. et dij iſti in facies ſuas mi
nime cecidiſſent. et niſi conuertamur
ad iſtum deum in conſpectu cuius pro
ſtracta ſunt ydola deum. et dominum
proteſtemur omnes poterimus periculum
indignationis ipſius incurrere. et adi

teritum deuenire. sicut contigit phara
oni egyptiorum regi qui propter incredu
litatem suam persequebatur filios isrl'
cum uniuerso exercitu suo demersus est
in mari rubro. et filijs isrl' aperte sunt
aque quasi pro muro a dextris. et a
sinistris. tunc omnis populus ciuita
tis illius adorauerunt ihm xpm dicen
tes benedicimus deum celi qui magnum
prophetam dedit nobis ex isrl'. De filio sa
cerdotis.

Exercium quadam
die puer dominus ihs extra mu
ros ciuitatis ipsius sermone matre in
dimissa cum infantibus ciuitatis illius
exiuit. et in ripa maris super harenam
in littore ubi aquarum confluebant
riuuli duodecim lacus faciens ad eorum
impetum de torrente aque ducebant et
lacus implebant non lacus propter se non re
plebantur quamuis usque ad summum

pleni fuissent. et cursus aquarum sp
iritavit ipsos. quidam puer filius sacer
dotis templi in quo idola confracta fu
erunt accessit animo iniquo. furore
nimio ductus. quod dum ministrabat aquas
in lacus quos fecerat ihesus. pedibus suis eu
tit. Dixit que ei puer ihesus. O fili sathane se
men iniquitatis pessime. Vere radices
tue erunt sine humore. et rami tui non
ferentes fructum. et fructus tui sine
humore. et mox videntibus ceteris puer
arefactus est totus. Et accesserunt ad
beatam mariam. et ioseph parentes
pueri mortui. et dixerunt. Unde est iste
puer natus manifestavit. Et verum est
quod dixit. et frequenter antequam
dicat adimpletur. maledixit filium
nostrum. et mortuus est. Unde tollite eum
a nobis. non enim potest hic habitare
nobiscum aut certe docete eum benedi

cerit. et non maledicet accedens autem
ioſeph ad ihm monebat eum dicens.
quid fili mirabilia facis. iam multi
ſunt contra nos propter te. et eorum mo
leſtias ſuſtinemus. Reſpondit illi ihc nul
lus fuit ſapiens niſi quem erudierit
pater eius. et talis filius non nocet ni
ſi male agentibz. Tunc congregati ſunt
omnes parentes mortui. et accuſabant
ihm. Joſeph perterritus eſt nimis timens
clamorem. et ſeditionem parentum mortui
dixit ſancte marie ſecreto mone tu illum
et dic illi. quia nobis excitavit odium
populi tunc mater eius rogabat eum
dicens. domine quid iste puer fecit ut
moriatur. at ille dixit ei dignus erat
morte quia diſſipavit opera que fuerant
operatus. Tunc rogabat eum mater ſu
a dicens. Noli domine mi quia omnes
inſurgunt contra nos. Tunc ihc nolens

contriſtari matrem ſuam pro de ſuo peritus
ſit tetiga puerū mortuū. et dixit fili iniq
tatis. Surge non enim es dignus ut
intres in requiem patris mei. Tunc ſur
rexit qui mortuus fuerat. et abiit cum
parentibus ſuis. De piſce mortuo.
Ad imperium ihu aque ducebātur
in lacus. et ambulante ihu per ri
pam maris piſcem mortuū ac aridū i
uenit. et accepit ipm in peluim. et prece
pit ut palpitaret. qui ſtatim in aqua
cepit huc et illuc diſcurrere. Videntes aū
uicini nunciauerunt uidue in cuius
domo fuerant hoſpitati. Illa uero ut
audiuit eſtimauit quod magi eēnt
cum feſtinatione eiecit eos de domo ſua.
In illa quid̄ De ſpicis frumenti.
die exiens ihs de ciuitate illa perre
xit in agrum. et tulit de ſpicis frumēti
in manu ſua. et reuerſus ad ciuitatē

illam poſuit eas ſup ignem. et trituras
ca cepit edere. et dedit talem grām illi a
gro ut ſingulis annis cū ipſe fuit ſemi
natus. cot modios grani domino red
dat quot grana de ipo ſumpſerat frm̄ qz
xxxiii. eſt ita. **De reuerſione ab egypto**
P oſt hec angelus.
domini acceſſit ad ioſeph. et ad
mariam matrem ihū. et dixit ad eos.
Accipite puerum et reuertimini in terrā
iuda. defuncti ſunt enim qui querebāt
animam pueri. Surrexerunt autem
et venerunt nazareth. ubi ioſeph bo
na paterna poſſidebat. et cum factus
eſt ihc annorum ſeptem. et facta eēt tra
quillitas in regno herodis de omnibz
illis qui querebant animam pueri
reuiſi ſūt i bethleem et morabantur ibi
tunc acceſſerunt ad ioſeph principes
ſacerdotum et ad mariam. et rogaue

runt eos ut puerum ihm blandimen
tis ſuis ad diſcendum. Tunc beata ma
ria et ioſeph in ſolercias ſacerdotum
et minas principum refrenare uolen
tes duxerunt ad ſcolas ſcientes quod
nichil proficere nichil q; addiſcere poſ
ſet ab homine. ſed a ſolo deo perfectam ce
li et terre ſcienciam obtinebat. Cum au
tem introiſſet ihs. magiſter cepit primo
ſe dare eũ dicendo: dic aleph; Ihs autem dixit
et dic michi quid ſit beth. et ego dicam
tibi quid ſit aleph. et ob hoc iratus ma
giſter percuſſit puerum ihm. et mors p
cuſſit magiſtrum qui confeſtim mortu
us eſt hoc facto reuerſus eſt ihs ad ma
trem ſuam in domum ſuam. tunc ioſeph
dixit ad beatam mariam. Vere ſcias q
anima mea triſtis eſt propter iſtum pu
erum. fieri enim poteſt ut aliqs mali
cia ductus percuciat puerum et moriatur

Respondit beata maria dixit ei. vir dei
noli timere nec credere quod hoc fieri pos
sit q̄m qui eum inter homines misit cu
stodiet animam pueri a malignitatibꝫ
eorum. et conservabit a malo ut p̄ficiat
.xxxiiij. opus suum **De magistro zacheo.**
Magister autem quidam zacheus no
mine cum audivisset eum talia
verba loquentem cepit sine timore loqui
contra ioseph. et dicere tu vis quod filius
tuus crescat non intelligens mandata
legis cur ip̄m dum puer est docere non
facis ut caritatem habeat. et inter filios
isrl' iudaycā erudiatur doctrina. cui ioseph
dixit. et quis est qui infantem istum te
nere et docere possit. Respondit zacheus
et dixit tu tradas eum michi. et ego cum
scolaribꝫ meis diligenter ip̄m docebo.
Audiens autem ihc que dixerat zacheꝰ
dixit ad eum tu qui me vis in doctri

na legis instrueris. et scientiam humanã
erudiris. ego ante leges sum. tu quando
natus es ignoras. ego autem solus scio
quando nati estis omnes. et quanto tẽ
pore uita uãa erit sup̃ terram. Tunc omnes
qui audierunt hec uerba stupefacti sunt
et clamauerunt dicentes. O mirũ magnũ mi
raclm̃ et admirabile sacramentum quod
nunquam a pphis uel a sacerdotibꝫ aut
ab aliquo philosofo dictum est. Tunc
phisei dicebant nos unquam audiui
mus talia uerba in tali infancia loqui
et dixit ihs̃ ad eos qui aleph non nouit
quomodo thau intelligere potest. et cepit
dicere zachro. Ego te docere possum que a
te ipso dicuntur. Tunc cepit dicere zach'
uoce magna non debet super uiuere pu
er iste. nec cum hominibꝫ conuersari.
Credo quidem quod ante cathaclismum
que enim mater illũ genuit aut quis

uenter ipm portauit. uel que ubera ipm
lactauerunt cum ego putaſſem ipm ha
bere diſcipulum inueni eum magiſtrum.
quid dicam. aut magnus eſt ut deus
aut angelus dei loquitur in eo. Tunc
ihs dixit eis. quia uidetis me infantem
et quia dixi ſcio qn nati eſtis oms mi
ramini non intelligentes uocem meam.
adhuc ampliora dico uobis ut magis
miremini omnes. minores eſtis me.
et ego cum exaltatus fuero a terra gene
ris ueſtri faciam ceſſare unctionem. Iu
dei autem qui aſtabant. et audierunt
ſermones eius mirati ſunt. et dicebant
tales ſermones nunquam audiuimus
quales locutus eſt puer iſte.

[…]e Gratia dni ihu
[…]e de quodam mortuo re
[…]ſuſcitato. xxx

Poſt igitur paucos dies uenit alius
doctor et amicus ioſeph. et dixit
ad eum. Joſeph amice cariſſime filium
tuum ſtatua creſcentem. et int lumine

per dei gratiam proficientem trade eum in quem
ego cum multa suauitate docebo eum
gentilitatis litteras. et hebreicas. et post
ea gramaticam. et alias facultates qui
bus poterit a maioribus israel honorari. et
dixit ad eum ioseph. Si preualeas eum
ad disciplinandum accipere fiat cum
gaudio. Et cum accepisset eum doctor
et ad domum doctorum cum exultatione
venisset. inuenit ihesus librum unum ia
centem in terra. et cum accepisset eum.
apperuit os suum. et loquebatur de spi
ritu sancto. et de lege docebat uniuersos
omnes quidem qui ibi astabant libe
ter eum audiebant ~~libenter~~ et depreca
bantur eum ut ulterius doceret eos. et
magister ille iuxta illum sedebat cum
timore et magna constancia quia cum
non esset decem annorum de ore ipsius
rationes subtilissime exibant. et cur

iens magister ille ad ioseph dixit illi
Scias frater quod infans quem
ad disciplinandum suscepi sapiencia
et multa gratia repletus est. Ecce tolle eum
in domum tuam cum gaudio quia gra-
ciam habet que a domino deo data est ei. Cum
autem audisset ihesus magistrum illa lo-
quentem. respondit et dixit ei. Verum
dixisti quia omnis potestas data est mihi
a patre meo qui me misit. Sed per verbum
quod de me locutus es ille magister qui
me percussit surgere habet qui mortuus est
et subito surrexit qui mortuus fuerat
et subito venit ad domum suam.

De iuvene truncante pedem.

xxxvi. Cum autem factus esset ihesus annorum
duodecim puer quidam in vico
ubi habitabat cum parentibus suis scinde-
bat ligna. et dum scinderet ea omnes di-
gitos pedis sui dextri detruncavit. et cum

turba iudeorum cucurrisset ad eum.
uenit ihc et unxit in pede illius. et subi
to qui lesus fuerat sanus factus ē. et q̄d
nec signum aliquod in pede potuisset ui
deri. et dixit illi ihc surge et scinde ligna
et mercare mei. Cum autem uidisset tur
ba signum quod fecerat adorauerunt
et dixerunt. Vere credimus quod hic ē
ihc De puella marie. ·

Et cum misisset puellam suam ad
aquam cum ydria. et multitudo
mulierum ad fontem coadunata fuisset
propter pressuram earum fracta est ydria
quam dicta puella portauerat. tunc p
rexit ihc ad fontem. et impleuit pallium
suū aqua. et tulit matri sue deinde colli
gens fragmenta ydrie. et insimul un
gens uerbo suo solidauit ita quod sal
tur signum in ea minime uideretur
tunc beata maria osculata est ihm dicēs

xxxvii

Benedictus sit deus qui nobis talem
filium dedit. De iacobo alphei.

Post hec autem cum quadam die ia
cobus alphei intrasset ortum ut
olera ad faciendum pulmentum legeret exi
uit vipera de foramine et momordit manum
dextram eius qui precinimio dolore et
amaritudine clamare cepit. heu. heu.
uipera me memordit. ihesus uero ex adu
so stans accurrit ad iacobum fratrem
suum. et tenens manum suam suffla
uit in ea et continuo sanus factus est
non sentiens illum dolorem. et serpens
mortuus est. et cum parentes. et vi
cini accurrissent ad ortum inuene
runt serpentem mortuum in parte a
liqua non lesum. et iacobum bene sa
num. De passeribus.

Post hec abierunt ioseph. et maria
cum ihesu in ciuitatem nazareth

et erat ibi cum parentibus ſuis. et fac
tum eſt cum ſumpſiſſet ihc lutum de
luto. et fecit ex eo. xij. paſſeres. Videnti
bꝫ omnibꝫ qui aſtabant percuſſit ma
num ad manum. et paſſeribꝫ illis dix
viuite et uolate. et ad imperium eius cepe
runt uolare et clamare. Erat autem ſab
batum quando hec fecit ihc. Tunc iudei re
pleti ſtupore dixerunt ioſeph. Nonne
uides quid facit puer iſte cuius in ſab
bato quod non licet facere aliquid. et
alii admirabantur dicentes magnus
eſt puer iſte et uirtus in eo maxima
eſt. Et abierunt quidam iudei ad prin
cipes ſacerdotum et phariſeorum. et nun
ciauerunt eis quod ihc filius ioſeph
ſabbato in conſpectu populi ſigna ma
gna. et uirtutem fecit. et diuulgatum
eſt hoc uerbum duodecim tribꝫ iſrl.

De tritico. De tritico. cxxxxxxxu.

Cum esset ihesus annorum quindecim quadam die tulit parum tritici de orreo matris sue. et seminauit illud. et aliud supra petram cecidit. et aruit quia humorem non habuit. et aliud in terram bonam. quod natum est ex eo collegit centum corbes tritici mensuratas. et uocauit pauperes ac debiles. Viduas et orphanas. et eis triticum erogauit. Sed ioseph ad imperium ipsius tulit modicum pro benedictione sua. De grabato.

xli

Post hec quidam architector. et lignifaber dum faceret aratra. et iuga boum. Venit quidam et dixit ei. Fac michi unum speciosum grabatum. et cum omnia ligna grabati operatus fuisset contigit quod quoddam lignum fuit breue unum spannum. tunc ille lignifaber cepit contristari. et mestus esse. Cumque uidisset eum ihesus consolatus est eum. et dixit

et noli contristari. Sed apprehende ex u
na pte. et ego ex alia. et extendam illud ad
me. et cum extendisset illud ad longitu
dinem alterius ligni dixit ad eum. Ec
ce modo construe gralatum sicut vis. Et
architector ille et omnes qui cum eo e
rant in domo cum vidissent signum
quod fecerat admirantes dixerunt Ve
hic est messyas quem expectant filij isrl.
Et cum ihc De radijs solis. xlij.
Coram alijs infantulis sup radios
solis ubiq; plures ascenderet. et sederet
multiq; similimodo facere attempta
verent et precipitabantur et eorum crura
frangebantur et brachia. Sed domin'
ihc sanabat oms Ambulat ihesus xliij.
Et multociens se supra mare.
Ihc mittebat in mare ambulans
super aquas cum precedebāt navigia
expectabat ea super faciem aquarum

ſtans. et aſcendebat in ea ad nautas et
q; docebat eos de regno dei ubicumq; au
diebant pauperes eſſe xp̄m ibant. et ſeq
bantur eum. et ipſe de uno pane mille
[p]auperes ſaciabat **De turbis**

[Q]uadam uero die cum occurrerent
ad eum multe turbe. et undiq; cō
fluerent ad eum infirmi quia uirtus
ex eo exibat. et ſanabat oīs. et de quin
q; uero panib;. et duob; paruis piſci
bus quinq; milia hominum ſacia
uit leproſos mundauit. ſurdos fecit au
dire. et mutos loqui. cecos illuminauit

[Q]uadam **De ceco nato,**
uero die dum cecus qui nunquā
habuerat oculos nec pupilla fuit in o
culis ipſius creata clamaret miſerere
mei fili dauid ut uideam. Ihc ſpuit in
terram. et fecit lutum et poſuit ſup ocu
los ceci. et dixit ad eum. Vade et laua

ad natatoria syloe. et videbis. et iuit
et vidit De lazaro. . .

Cum autem quidam nobilis de be
thania dominus lazarus qui con
sueuerat hospitari ihm. et amicus eius
erat mortuus. et in monumento qua
triduanus fuisset venit ihs. et lacrima
tus est super monumentum. et vocauit
eum dicens. lazare veni foras. et conti
nuo ad eius impium exiuit de mo
numento. De Juuene mortuo.

Et post paucos dies quidam iuuenis
et iuuanis eius defunctus fuerat
et plorabant eum parentes eius et ami
ci eius amarissime. Audiens aut ihs
et stetit ante eum. et pulsauit in pecto
re eius. et dixit dico tibi iuuenis sur
ge et noli mori. sed viue. et surrexit qui
fuerat mortuus. Videntes autem turbe mi
raculum dixerunt cuius filius est iste

qui tot animas iam liberauit a mor
te et omnes saluat sperantes in se et dixe
runt ad beatam mariam tu es mater
istius pueri respondit uirgo maria
vere ego sum mater eius. et sicut deo pla
cuit peperi eum. dixerunt ad eam. beata
es tu inter mulieres quia benedixit do
minus fructum uentris tui quando talem
filium gloriosum dedit tibi. maria autem
conseruabat omnia uerba hec conferens
in corde suo. **De morte ioseph.**

xliiii. Et cum ioseph senectute decrepitus
mortuus. et sepultus cum paren
tibus suis fuisset beata uirgo maria suis
nepotibus morabatur. s. cum filiis soro
rum suarum. quoniam anna et emeria na
ta elysabeth mater iohannis baptiste. et quia
anna mater beate marie cum esset deco
ra ualde mortuo ioachim nupsit cle
ophe de quo habuit filiam secundam

et uocauit eam mariam quod dedit al
pheo in uxorem de qua ortus est iacobus
alphei. et philippus frater eius. Mortuo
cleopha secundo uiro. nupsit tercio uiro
nomine salome de quo habuit terciam
filiam. et uocauit eam similiter mariã
quam dedit zebedeo in uxorem de qua
natus est iacobus zebedei et Johannes
ewangelista. hii quidem ihm̄ xpm̄ ante
suos oculos habebant tanquam lumen
et obseruabant ipsum atque timebant. et ille
benedicebat et sanctificabat eos et claritas
dei resplendebat super illos. et nemo ipsorum
audebat sedere ad mensam nisi prius ille
benediceret eam. et nullus incipiebat tã
gere panem in mensa donec ille benedi
ceret eum. et frangeret. et si forte absens
esset expectabant eum donec ueniret. Ipse enim
ueniebat ad refectionem eorum. hii autem
uidit domus sua que sanctus apostolus et

euuangeliſta manu ſcripſiſſet hunc libel
lum hebraicis litteris obſignatum qui
a uiris religioſis habebatur. ſed quia
beatus leucius diſcipulus beati mathei
qui apoſtolorum geſta falſo ſermone ſcrip
ſerat quedam in hoc opere addiderat ſu
perflua. Jeronimus doctor ille perſpi
cuus ad preces epiſcoporum cromacij. et heli
odori hoc opus de hebraico ſermone in la
tinum deduxit et omnia noſtre fidei con
traria reſecauit. et per ortus ſimul et na
tiuitas ſancte marie uirginis atque in
fancia ſaluatoris noſtri declaratur. et he
reticorum aſtucie obuiatur. et eorum fal
lacie excluduntur. Amor xpi fidelibus au
mentatur et creſcat per tuam ihesu xpe na
tiuitatem beata et glorioſa maria uir
gine intercedente ſanctiſſima mater tua
ad reſurrectionis gloriam uenire merea
mur ubi te leti facie ad faciem uide

amus dominum nr̄m ih̄m xp̄m. Qui cum deo patre et spiritu sancto uiuit et regnat deus per infinita seculorum secula. Amen.

Explicit liber de infancia saluatoris domini. Deo gracias.

Philip
Hofer

LIBER DE IN-
-FANCIA